

## Band IV., Nr. N164, Seite 463-465

*Papst Innozenz IV. beauftragt den Abt von St. Stephan, den Propst von Marienberg und den Kantor von Neumünster zu Würzburg mit der Untersuchung des Streites zwischen Abt und Konvent von Odenheim und dem Öhringer Kanoniker Albert von Hohenstein wegen der unrechtmäßigen Besitzergreifung der Kirche zu (Groß-)Gartach durch den letztgenannten.*

Lyon, 1250. Februar 15.

Innocencius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, . . . abbati sancti Stephani<sup>1</sup>, . . . preposito ecclesie Montis sancte Marie<sup>2</sup> et . . . cantori Noui Monasterii<sup>3</sup> Herbipolensis salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii, . . . abbas et conventus monasterii de Othenheim, ordinis sancti Benedicti, sua nobis petitione monstrarunt, quod, cum olim Albertus de Howestein canonicus ecclesie Orengowensis, Herbipolensis diocesis, ad eundem abbatem, ut de aliqua ecclesia consueta clericis secularibus assignari ad suam donationem spectante provideret eidem quamprimo se facultas offerret, dilecti filii . . . Rauennatis tunc Ferrariensis electi fungentis legacionis officio in partibus Alamannie litteras impetrasset certis sibi super hoc executoribus deputatis, tandem iidem abbas et conventus obtinuerunt sibi a sede apostolica indulgeri, ut ecclesiam de Gartach<sup>a</sup>, Warmaciensis diocesis, curam animarum habentem, in qua ius obtinent patronatus, possent cum eam vacare contingeret in usus proprios retinere, . . . abbate<sup>b</sup> sancti Burchardi Herbipolensi conservatore super hoc eis nichilominus deputato. Sed dictus Albertus postmodum asserens, quod executores sui sibi ecclesiam predictam contulerant, quamquam ipsius legati mandatum ad beneficia curam animarum habencia se

<sup>a</sup>In dem vorliegenden Original des oben genannten Entscheids, in dem der Name des Ortes im Ganzen viermal erscheint, ist derselbe die beiden ersten Male *Cartahc*, die beiden letzten Male *Carthahc* geschrieben; in der Papsturkunde, in der er außer den vier erwähnten Fällen im Eingang noch ein fünftes Mal wiederkehrt, steht immer *Gartahc*, nur das zweite Mal, offenbar verschrieben, *Garthare*.

<sup>b</sup>Im Originalentscheid steht irrtümlich *abbatem*.

<sup>1</sup>Kloster St. Stefan in Würzburg.

<sup>2</sup>Die einstige Propstei des Würzburger Stifts St. Burkard auf dem Marienberg bei der Stadt, deren Einkünfte in der Folge der Marienkapelle in Würzburg inkorporiert wurden (vgl. JOHANN PETER VON LUDEWIG: Geschichts-Schreiber von dem Bischoffsthum Wirtzburg [...], wobey eine Vorbereitung zu der Fränckischen Historie und die Bildnisse aller Bischöffe zusammen getragen und mit einer Vorrede versehen, Frankfurt am Main 1713, S. 659).

<sup>3</sup>Stift Neumünster in Würzburg.

## II

nequaquam extenderet et quod . . . loci archidiaconus ipsum investire de illa noluerat, prout etiam nec debebat, auctoritate litterarum bone memorie . . . archiepiscopi Maguntini loci metropolitani se fecit de prefata ecclesia investire. Et licet idem archiepiscopus processum huiusmodi, quatenus de facto auctoritate litterarum suarum habitus fuerat, utpote suum recognoscens errorem per alias suas litteras mandaverit revocari, quia tamen dictus A. ipsam ecclesiam tenebat per violenciam<sup>c</sup> occupatam et citatus legitime coram eodem abbate sancti Burchardi super huiusmodi violencia manifesta comparere in prefixo sibi termino peremptorio contumaciter denegavit, idem conservator tulit excommunicationis sententiam exigente iustitia in eundem. Cum autem prefatus canonicus nulla de huiusmodi sententia excommunicationis habita mencione dictorum archiepiscopi et executorum suorum in hac parte processum a nobis sicut dicitur obtinuerit confirmari, certis ei super hoc executoribus deputatis, ipseque A. dictum monasterium per se ac amicos suos graviter persequatur eiusdem monasterii monachos clericos et familiam verberibus et vulneribus affligendo graviter et alias atrocibus iniuriis multipliciter molestando et comminando eis peiora prioribus irrogare, prefati abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt, ut, cum propter eius potentiam non possint in illis partibus consequi iusticie complementum, providere super hoc eis paterna sollicitudine curaremus, venerabilibus fratribus nostris, . . . Bambergensi et . . . Herbipolensi episcopis ac dilecto filio . . . electo Spirensi, nobis nichilominus propter hoc supplicantibus pro eisdem. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus facientes vobis universas hincinde litteras et indulgentias a sede apostolica vel eius legatis super huiusmodi obtentas negocio et processum, si quis est per eas habitus, exhiberi detentores ad exhibitionem eorum per censuram ecclesiasticam appellatione remota si necesse fuerit compellendo dictum negotium infra tres menses post receptionem presentium fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram eandem firmiter observari. Alioquin illud instructum vel non instructum ad nostrum remittatis examen prefixo partibus termino peremptorio competenti, quo per se vel procuratores ydoneos nostro se conspectui representent iustam auctore<sup>d</sup> deo sententiam recepture. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur.<br> <br> Datum Lugduni, XV. kalendas Martii, pontificatus nostri anno septimo.

---

Nach dem als Urkunde Nr. N167 (WUB, Bd. IV, S. 467–469) gedruckten Entscheid

<sup>c</sup>Im Originalentscheid steht irrtümlich *violenciam*.

<sup>d</sup>Im Originalentscheid steht irrtümlich *actore*.

### III

des Kardinaldiakons Richard von St. Angelo, gegeben 1250 Nov. 5, dem die Urkunde wörtlich inseriert ist.<br> <br> Dieser Entscheid mit den inserierten Urkunden ist sowohl im Original vorhanden, als auch in die Papsturkunde Nr. N170 (WUB, Bd. IV, S. 471) von 1250 Dezember 4 aufgenommen. Die letztere ist außer im Original in einem gleichzeitigen, übrigens nicht datierten Vidimus des päpstlichen Vizekanzlers Marinus vorhanden. Die inserierten Urkunden, vor allem die zweite, sind im vorliegenden Original des Entscheids mit ziemlich vielen Fehlern wiedergegeben, von denen sich die meisten in der Papsturkunde nicht finden. Entweder hat daher die letztere das im Staatsarchiv vorhandene Exemplar des Entscheids verwendet und dessen Fehler berichtigt, oder sie ist nach einer besseren Vorlage geschrieben.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 601 U 21

**Überlieferung und Textkritik:**

Die Urkunde ist als Insert in der Urkunde von 1250 November 5 (HStA Stuttgart A 601 U 21. WUB Bd. IV, Nr. N167, S. 467-469) überliefert. Diese liegt auch als Insert in einer Urkunde Papst Innozenz' IV. von 1250 Dez. 4 (HStA Stuttgart A 601 U 24. WUB Bd. IV, Nr. 170, S. 471) vor, die ihrerseits auch in einem undatierten Vidimus des päpstlichen Vizekanzlers Martinus (HStA Stuttgart A 601 U 26. Hier Bd. XII, Nr. 5863) wiedergegeben wird.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Lyon

**Aussteller:**

Innozenz IV.; Papst

**Ortsindex:**

Bamberg, BA<br> Deutschland<br> Ferrara, Emilia-Romagna, Italien<br> Großgartach Wohnplatz (2040)<br> Großgartach, Leingarten, HN<br> Hohenstein Wohnplatz (895)<br> Hohenstein, Bönningheim, LB<br> Lyon, Dep. Rhône, Frankreich<br> Mainz, MZ<br> Odenheim Wohnplatz (5432)<br> Odenheim, Östringen, KA<br> Ravenna, Emilia-Romagna, Italien<br> Speyer, SP<br> Worms, WO<br> Würzburg, WÜ<br> Öhringen Wohnplatz (2576)<br> Öhringen, KÜN